

Alte Drucke

DISPVTATIO XVIII. || Opposita Roberti Bellarm: V. posterioribus || capp: lib. 3 de Pontifice Romano: || Proposita ad examinandum, in privato ...

Winckelmann, Johannes

Marpurgi, 1599

VD16 ZV 31094

DISPVTATIO NVM PONTIFEX Romanus sit Antichristus?

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148722

DISPUTATIO NYMPONTIFEX

Romanus sit Antichristus?

Thesis I.



Onatus est quidem Bellarminus disputando obtinere, nihil eorum Papæ convenire, quæ scripturæ livinæ Antichristo tribuunt, sed frustra, ut præcedens disputatio docet.

Super est ergo ut argumenta, quibus nostri Doctores probant Papam esse Antichristum, à Iesuitæ arroitione vindicemus.

3. Ex alto quidem despiciunt nostrorum. D. D. argumenta Iesuita, appellans ea deliramenta, *synodi Smalchaldicæ nugas, Calvinii Illyrici, & Chyrai mendacia, Tilemanni ineptias*, quæ ratione animi sui impotentiam prodit. Nos res ipsas dispiciamus.

4. Primum in acie positum Lutherum aggreditur Thrafo noster, & quamvis in eo veritati parcat, quod unum duntaxat argumentum reperire in scriptis eius potuerit (habet enim argumenta *ex 12. capite Danielis & 2. Thess. 2.* distinctis locis) tamen misso hoc Iesuitam insequemur.

5. Ita ergo noster in assert: *art. 27. ex 8. cap. Dan.* Papam esse Antichristum demonstrat: Daniel prædixit *8. cap. v. 23.* Antichristum fore regem impudentem facie, hoc est, sicut hebraicus textus habet, potentem speciebus, pompis, & ceremonijs externorum operum, extincto interim spiritu fidei, sicut vidimus impletum tot religionibus, ordinibus, collegijs, ritibus, vestibus, gessibus, ædificijs, statutis, regulis, observantijs, ut numerum eorum vix recites.

6. Quod argumentum D. Lutherus fuse explicat in lib: *contra Ambrosii Catharinum*, ostendens scilicet hæc facies Papæ esse multas & varias. Duodecim verò potissimum enumerat, quas Lector ibi viderit.

7. Quid Iesuita? Argumentum Lutheri tribus Elenchis laborare ait: Primum dicit peccare illud in fundamento, hac ratione: *Paraphrasis dicti, contrariæ textui Hebraico, falsa est. Atque Paraphrasis Lutheri* (qua dicit impudentem facie nihil aliud significare quàm regnum Antichristi conspicuū fore tantū faciebus hoc est externa specie, prætex-

tu ac hypocrisis seu larvis externis in oculos incurrentibus) est eius-
modi. Ergo.

8. Assumptionem ita probat: Textus Danielis in heb. adverbium
sonat *Robustus facie*, & significat hominem perfrictæ frontis, qui non
novit erubescere, ita, inquit, *verterunt 70 divinis προσώπω*, ita Hiero-
ny: vertit, Theodoretus, Francisc. Vatablus ex Rabinorum regulis.

9. Respondemus breviter habet Lutherus Bellarminū cōfitemen-
teum. Non n. ipse respuit 70, nec etiam Hieronymi versionem sed
potius approbat in *Tomo. 2. Ienensilat. p. 359 in lib. contra Amb. Cathari-*
num, & ostendit pag. 360. Hieronymi versionem apprimē suæ senten-
tiæ convenire.

10. Quod v. Jesuita non veretur scribere Luth. argumentum pec-
care in fundamento, in eo à vero discedit. Nam non aliter vertit, quā
70. Hi. n. ut ipse refert, habent, *divinis προσώπω*. Luth. in lib. *cōtra Amb.*
Catha. int. 2. Ien. l. p. 357. ita scribit. Primus mihi prodeat Daniel dicēs
c. 8. adverbium ex Hebræo: Et postquam regnum illorum &c. *stabit*
Rex (oz Panim) *h. e. Potens facierum.*

11. Præterea dicis Roberte, verba hæc Phrasi hebræa significare ho-
minem perfrictæ frontis, qui non novit erubescere: Lutherus dicit
Regem impudentem facie: Hic tu mihi monstres errorem in fundamen-
to, Dic quæso, si potes, ubi ulla discrepantia? Nulla prorsus. Suaviter
igitur tu nugaris.

12. Fortassis in eo peccavit, quòd dicit Antichristum fore poten-
tem speciebus, pompis & ceremonijs externorum operum. Fallis &
falleris si hoc putas. Nam in eo non à scopo discedit sed per species
demonstrat, quænam sint illæ facies, quarum respectu dicatur Papa
impudens, nimirum dum triplici corona ornatus non pedibus instar
reliquorum incedit hominum, sed maxima gestatur pompa, subli-
mis infella splendida conspiciendus, stipatus Cardinalium senatu,
indutus purpura, & auro splendens &c.

13. Vides igitur Bell. te committere Elenchum Oppositorum dum
ea opponis, quæ opposita non sunt; Accipis enim verba illa litera-
liter, ut sonant de Antiocho, Lutherus v. typicè, refert. n. ad An-
tichristum cuius ille typus fuit,

14. Arguit 2. Ies. præsens argumentum Elenchi inconsequentis
Nam etsi constaret, inquit, Antichristum futurum potentem in pompis & cere-
monijs externis, non tamen continuò inde colligi posset, eum esse Antichristum,
qui-

quicunq; est potens in pompis & ceremonijs externis, alioqui & Moses fuisset Antichristus, qui tot ceremonias in Exodo & Levitico instituit. Sed hoc est absurdum. E. & illud

15. Resp. Bellarminum vim facere Lutheri argumento: non n. ita nude argumentatur. Alioqui & omnes Reges, Principes & alii magistratus Politici essent vel Antichristus vel eius satellites, quia & illi sunt potentes in pompis & ceremonijs externis; Addere itaq; debuisset in gubernatione ecclesiastica. Disertè. n. se de illa & non alia loqui ad oculum demonstrat; dum exponit & enumerat in quibus rebus Antichristus potens sit futurus, primum nimirum in personis & ordinibus suorum Cardinalium, Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Abbatum & aliorum. 2. in opibus. 3. in collegijs, ædibus, palatijs, & domibus. 4. in vestibus & gestibus. 5. in statutis, regulis observantijs & alijs innumeris: quis igitur Iesuitam Elencho à dicto secundum quid, addictum simpliciter, decipere non animadvertit?

16. 2. Committit Iesuita Elenchum similem dum comparat pōpas & ceremonias Moysi cum Papa, differunt. n. plurimum.

17. Primum. n. Deus immediate mandaverat Moysi ut has ceremonias institueret. Sed Papa sine mandato ecclesiam onerat *ἡδελοβρηκα* *αἱς*, de quibus salvator dicit. Frustra me colunt mandatis hominum *Matth. 15. v. 9.* 2. differunt causa formali, quæ est fides. Moyses. n. & Levitæ certò crediderunt hæc ceremonias Deo placere tanquam à Deo præscriptas. Sed Papa & omnes Clerici idem de suis ritibus asseverare nequeunt. Neq; n. ex mandato Dei, neq; ex libertate Christiana proinde nec ex fide illis utuntur & tamen utuntur opinione necessitatis, cultus & meriti, ascribentes vestibus choralibus cappis & plattis singularem emphasin 3. differunt fine. Nam ceremoniæ Moisaicæ adumbrabant futurum Messiam, quo exhibito cessarunt.

18. Tertiò & in eo errare Lutherum, inquit Iesuita, quod ascribat Pontifici Romano institutionem omnium ordinū et ceremoniarum Ecclesiasticarum, cum tamen constet, plurimas non à Pontifice Romano sed ab alijs sanctis patribus institutas est.

19. Resp. Bellarminum committere crimen falsi. in verbis enim Lutheri Particula Universalis non reperitur. piæ enim & adiaphoras Ceremonias non respuit, sed illas tantū quas summa cum superstitione sub opinione necessitatis, cultus & meriti observant Papistæ

LIBRIA

20. Quod deniq; hunc textum Danielis in Lutherum retorquere satagit, quia nimirum ipse presbyter & Monachus palam vxorē sanctimonialē duxerit, eo Rob. non demonstrat quod Luth. fuerit Antichristus, sed potius quod nō fuerit nos in vertimus argumētū, dicentes, quia coniugatus fuit ideo non Antichristus est, quia hic iuxta Paulum, prohibebit nubere, & contrahere matrimonium. Atq; hoc non fecit Lutherus sed Papa. E.

21. Sed dimisso Luthero ad Melancthonem & Synodum Smalchaldicam venit.

22. Primum argumentantur ex 2. Theff. 2. ita: Paulus vaticinatur Antichristum sessurum hoc est regnaturum in templo hoc est Ecclesia Dei, & prætectu Ecclesiasticæ authoritatis & ministerij sibi hoc regnum præparaturum esse. Atqui constat, inquit Synodus Papam regnare in Ecclesia, & prætectu Ecclesiasticæ authoritatis & ministerij sibi hoc regnum constituisse. Præten dit. n. verba hæc. Dabo tibi claves. Ergo Papa est Antichristus.

23. Minorem negat Iesuita, idq; duplici ratione: 1. qui regnat superiorem in regno suo non agnoscit. Atqui Papa Christum regem se superiorem agnoscit; Est. n. ipsius vicarius & famulus. E.

24. Respondemus maiorem esse falsam; Nā imperator Romanus Rex Hispaniæ, Galliæ & alij agnoscunt etiam nolentes volentes Christum se superiorem & tamen regnant: secundo confundit regimen Ecclesiasticum cum politico.

25. Minorem quoq; negamus, & contrarium probamus exit 7. Cærimoniarum ubi sic legitur. In nocte nativitatis domini benedicit ensē, quē postea donat alicui principi in signum infinitæ potentie Papa collata iuxta illud: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra & dominatur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad flumen. Non igitur Christum se superiorem agnoscit cui se æqualem facit.

26. Sed hoc prævidens Bellar. addit alteram rationem: Quamvis Papa in tota domo Dei atq; in universo Christi regno amplissima potestate utatur, ea tamen potestas non excedit Oeconomi ac servi conditionem. Nam Moses (ut Paulus ait ad Hebr. 3.) fidelis fuit in tota domo Dei, sed tanquam famulus.

27. Respondemus. v. I. hanc allatam exceptionem nihil iuvare Iesuitæ causam. Nam prius probet quod sit vicarius & Oeconomus Christi, quod nos negamus. Deinde licet sit vicarius Christi inde tamen non sequeretur ipsum habere potestatem cælestem & terre

Item, quantam Leo Papa sibi arrogavit. Nam semper differen-
tia manet inter regem & pro regem. de pro rege dici non potest
quod regnet à mari ad mare, ad flumine ad flumen. 3. Committit Elen-
chum similius, comparans Papam cum Mose; Hic. n. fuit servus
in domo Dei sed non habuit amplissimam potestatem coelestem &
terrestrem statuendi & faciendi quod sibi videretur. Non. n. fuit Mo-
narcha similis Papæ: Num Moses quenkum ad oscula suorum pe-
dum adegit? & an se ita ut Papa adorari passus est?

28. *Ergo* igitur agis potius Bellarmine, Christo & eius Ecclesiæ il-
ludens dum Papam cum Mose in servitute confers. Papa verbis se
nominat servum servorum & de facto tamen se adorari permittit,
ut rectè *Arent. lib. 7. Anal. scribit.*

29. Secundum argumentum quod iidem Doctores ex illo dicto su-
munt est eiusmodi: Qui arrogat sibi auctoritatem divinam & in
templo Dei sedet, tanquam Deus, ille est iuxta D. Paulum Antichri-
stus. Atqui hoc facit Papa. E.

30. Minorem negat Iesuita hac ratione: Qui non solum Deum pa-
trem & filium & S. S. adorat, sed etiam coram omni populo sese pro-
sternit ante Sacramentum Eucharistiæ, ante sepulchra Apostolorum
& Martyrum, ante crucem & imagines Christi & sanctorum, ille se
nō venditat pro Deo sed potius est humilimus. Atq; hoc Papa facit. E.

31. Respondeo ad Maiorem: Nomine tenus quidem Papam adora-
re Deum patrem & filium & S. S. sed tamen revera ridet Trini-
tatem: demones etiam contentur Iesum esse Christum *Marci. 1. v. 24*
Luc. 4. v. 34. sed inde non sequitur quod sint in cœtu beatorum. Dein-
de quod negat Bellar. venditare sese Papam pro Deo, eius convinci-
tur ex dist. 96. Cap. ubi expressè legitur, *Quod Constantinus Papam ap-
pellaverit Deum.* In Concilio Lateranensi sub Iulio Patres acclama-
runt Papæ: *Tu es omnia, & supra omnia, omnis potestas tibi data est in cœlo
& in terris.* Patet deniq; & inde quod pedes suos osculandos exhibet,
& prostratis genibus se adorari vult, quod angelus in Apocalypsi
renuit.

32. Præterea nos invertimus argumentum Bellarmini dicentes:
Imò quia sese prosternit ante Sacramentum Eucharistiæ, sepulchra
Apostolorum & Martyrum, crucem & imagines Christi & sancto-
rum ideo Papa non adorat verum Deum, sed potius honorem soli
Deo debitum sculptilibus tribuit, quod tamen e diametro pugnat cū
verbo Dei. *Isaia 42. v. 8.*

Syno-

VIRGINIA

33. Synodus, minorem confirmat tribus rationibus. prima est, quia sumit sibi ius mutandi doctrinam Christi & cultus à Deo institutos & suam doctrinam & suos cultus tanquam divinos vult observari.

34. Sed quia hæc Iesuita inficiatur, singula probabimus. 1. contra Christi institutionem laicis alteram Sacrae Coenæ partem poculum surripit. 2. Episcopis, presbyteris & Diaconis contra divinam ordinationem matrimonio interdicit 3. prohibet sub opinione necessitatis, cultus & meriti certis diebus & temporibus usum carniū & aliorum ciborum, quos Deus creavit, ut illis uti liceat cum gratiarum actione. *1. Timoth. 4. Nemo vos iudicet in cibo & potu Coloss. 2. 4.* Præter unius veri Dei invocationem & cultum præcipit sanctorum, defunctorum invocationem & cultum tanquam mediatorum, patronorum apud Deum, auxiliatorum in necessitatibus, singulis sanctis sua opitulationū officia, quemadmodū olim Ethnici suis dijs distribuēs, quin & genu flexionem coram imaginibus & cruce Christi, aliumque cultum præscribit, qua de re suo loco *3. & 4. de beo* videbimus.

35. Quod denique sua decreta observari velit tanquam divina, id manifestum est ex distinct. 19. c. in Canonicis in quo capite statuit Papa decretales epistolas cum libris Canonicis esse in eadem authoritate.

36. Recognoscat quæso verba Concilij Tridentini de Trad. scilicet quæta primi decreti: *Omnes libros tam V. quam N. T. (Cum utriusque, unus Deus author sit) nec non traditiones ipsas tum ad fidem tum ad mores pertinentes tanquam vel ore tenus à Christo vel à S. S. dictatas & continua successione in Ecclesia Catholica observatas pari pietatis affectu & reverentia suscipi & veneratur.* Hactenus Con. Trid.

37. Habes igitur Roberte probationem quam postulasti, & hinc cernis nostrorum Doctorum sententiam firmiter adhuc persistere, nec vobis quicquam per calumniam afflictum.

38. Secunda ratio probans Papam se ostentare tanquam Deum, est: quia scilicet sumit sibi potestatem non solum ligandi & solvendi in hac vita, sed etiam ius sibi sumit de animabus post hanc vitam.

39. Posterius membrum huius rationis pernegat, sed probatio nobis non deest. *Clemens. n. 6. in Bulla supra annū jubil: inquit. Concedimus si confessus in via moritur ut ab omnibus peccatis suis sit immunis penitus & absolutus, & mandamus angelis ut animam e purgatorio penitus absolutam in paradisi gloriam introducant.*

40. Nec est, quod dicas Bellarmine, Papam non ex auctoritate illas
à pec-

à peccatis vel pœnis absolvere sed solum per modum suffragij preces atq; opera bona fidelium vivorum cum illis communicare.

41. Recognoscas. n. verba Clementis 6. in Bulla, & quæ extant apud Ant. Florent. part. 3. tit. 22. c. 6. quæ ita sonant: Papa tantam habet tum in purgatorio tum in infernis potestatem, ut quantum quantum velit ANIMARVM numerum, quæ in illis locis cruciantur, per suas indulgentias liberare, & confestim in coelis & beatorum sedibus collocare possit.

42. 3. Ra: Quia Papa non vult ab Ecclesia aut ab alio iudicari, & aufert suam auctoritatem iudicio Conciliorum, & totius Ecclesiæ hoc a. est se Deum facere, nolle ab Ecclesia aut ab ullo iudicari.

43. Hanc tertiam non negat, sed pertinaciter defendit & exigit à nobis testimonia scripturæ, concilia & rationes, quibus contrarium demonstramus.

44. Concilia nobis non desunt: Nonne n. Honorius iudicatus est à Synodo. 6. A. d. 13. & à Syn. 7. A. d. ultima? nonne Ioh. 23. iudicatus est à Syn. Constantiensis? nonne Ioh. 8. à Syn. Romana? Marcellinus nonne à Sinuessana? Et testatur Ep. Syn. Africanæ ad Papam Celsinum, quod, cum iudicare voluisset de Ecclesiis Africanis, repulsus fuerit.

45. Scriptura quoq; nobis non deest: Nam si Christus vult, ut fratres h. e. ij qui in fidei societate coniuncti sunt inter se errantem fratrem arguant & convertant, sequitur certè & Papam errantem arguendum & convertendum esse à fratribus: Sed verum est antecedens ex 18. c. Mat. vers. 15. E. & consequens. Consequentia firma est, quia si non vult reprehendi & redargui, non est Ecclesiæ frater, sit ergo socius Diaboli.

46. Deniq; si Petrus est iudicatus à Paulo ob errorem, certè & Papa, sin minus, non est verus successor Petri (ut falsò gloriatur) Antecedens patet ex Gal. 2. c.

47. Sed objicit Iesuita: Petro dictum est pascere oves meas E. Episcopi, Abbates, Clerici & in summa Concilia non debent iudicare Papam, sunt enim eius oves, oves. a. non regunt pastorem, sed hic illas.

48. Respondeo primum plus est in conclusionè quàm ex antecedente potest elici. Non. n. sequitur Petrus debet pascere oves. E. etiam dominari. 1. Pet. 5. vers. 3. Petrus ait: Non dominantes Cleris, sed sitis exemplaria gregis.

B

Com-

VIRGINIA

49. 2. Committit ergo Elenchum falsæ interpretationis. Christus .n. ipse *Ioh. 10. & Paul. Act. 20.* explicant hæc verba non de iure domi-
nandi & imperandi in alios, sed de cura instituendi alios ex puro Dei
verbo. Ad hæc in Concilio congregati Episcopi & Presbyteri conser-
vi sunt Papa, *et presbiteri & fratres.* Fratrem. a. decet errantem fra-
trem corripere. Imò alia disputatione ostensum est licere idem Lai-
co rectius informato.

50. Quod præterea probationis ergo adducit dictum Luc. 12. c.
quod probare contendit, Christum Oeconomum quendam suæ Ec-
clesiæ præesse, qui regat eam, non. v. regitur ab illa, qui iudicet eam
nō v. iudicetur. in. c. ovim facit verbis Christi. Dominus. n. comparati-
vè loquitur: Sicut. i. le est fidus servus, qui fideliter domini sui Oeco-
nomiam administrat, sic & hic est fidelis minister in Ecclesia qui sum-
ma diligentia Ecclesiæ præest, pertinet hoc ad omnes Christi servos.
Probet ergo Ies. quòd Dominus hoc in loco loquatur de singulari &
& certa aliqua persona (vel ut Bell. contendit de Petro). Sed hoc nunquā
poterit improbare. Loquitur. n. Dominus indefinite.

51. 3. Non procedit argumentum Rob. Christus dicit, *servum infidelem*
& tyrannidem exercentem, se velle citò & ex improviso tollere & iudicare.
E. Papa licet sit servus infidelis à nullo tamen concilio in his terris iudicari de-
bet. Quæ hic *Conditio*? Poena. n. hæc æterna quā minatur Dominus se-
uo infideli, non excludit temporalem depositionem & remotionem
ab officio, quam ipsam etiam Deus mediatè infligit servo malo.

52. Quid? quòd hoc argumento sibi ipsi contradicit Iesuita. Non so-
lum. n. in c. 19. sed et: l. 2. de Pont. Romano. c. 27. expressè scribit, quòd Papa
hæreticus ab Ecclesia possit iudicari, & tamen hoc præsentī argumen-
to ex 12. c. Luc. desumpto evincere satagit, servum malum (*subinnu-
ens Papam*) à Concilio iudicari non debere. Forsitan putat Papam
hæreticum nihil ominis esse & manere fidelem dispensatorem my-
steriorum Dei?

53. Deniq; negat & hoc Bell. quòd Syn. scribit. Hos tam horri-
biles errores (*ante scilicet enumeratos*) & hanc impietatem à Pontifice de-
fendi summa saevitia & dissentientes interfici.

54. Sed reclamant exempla Hussi & aliorum, reclamation quoq; Hi-
spanica inquisitio & laniena Gallica.

55. Calvino, cuius argumenta cum præcedentibus eadem sunt, præ-
terito, ad Illyricum transeamus.

Sic

56. Sic a. argumentatur ex 1. Ioh. 2. c. Iohannes affirmat Antichristū esse eum, qui negat Iesum esse Christum. Id facit Papa. E.

57. Ass. probat demonstrans Papam negare sacerdotium & regnū Christi: Sacerdotis officium est, inquit, docere, orare & sacrificare: Adimit a. P. R. Christo sacerdotium, dum non solum dilectum filium Dei non vult audiri, sed magis se suosq; pseudoapostolos aliud Euāgelium afferentes, & hoc ita esse probatur verbis Andradij, qui mentem. Concil. Trid. explicans, ita scribit. in c. 10. de iustif. Romanū Pōtis accepisse à Christo integram, perfectam & plenam potestatem regendi universam Ecclesiam, ita ut leges ab illo latæ omnibus in rebus non aliter sint observandæ quàm divinæ. Et addit: Sæpè evenire ut maiori scelere involvatur, qui tales Ecclesiasticas, quàm qui divinas leges persregerit, si præsertim in Prælatorū despicientiam cedat.

58. 2. Negat sacerdotium Christi, dum multos alios mediatores in cælo pro Christo substituit, qui pro nobis coram patre intercedant.

59. Negat hic Iesuita, quod omnes ipsorum libri cōvincunt. Inspiciatur Rosarium Mariæ virginis & aliæ orationes, quibus invocant Sanctos: Asscribam orationē, quam fundunt coram D. Paulo: O beate Paulè Apostole, te deprecor, ut me ab angelo Satana eripias & à ventura na liberēs & in cælum introducas. Alia exempla plurima lector poterit legere in exam: D. Chem. de Invoca. Sancto.

60. Si dixerit Iesuita, Papam non substituere alios sanctos Christo, sed illi adiungere. Respondeo. Frivolum hoc est: Nam dum hoc, quod solius Christi est tribuit sanctis Christum tollit.

61. 3. Illyr. probat & hac ratione Papam negare sacerdotium Christi. Quia nimir. infinitos sacrificulos pro Christo substituit, qui generi humano Deum placent.

62. Sed miror, qua ratione hoc prius negare ausus fuerit, cum hoc fieri soleat in Missa quotidie, & ipse quoq; hisce sequentibus verbis confiteatur ita scribens: Dicimus Christum, qui est sacerdos in æternū & semper vivit ad interpellandum pro nobis semel quidem seipsum Deo in hostiam placationis per mortem crucis obtulisse, nunc .v. per manus Sacerdotum iterum atq; iterum in mysterio se offerre. Sed habet nugator hoc in usu, ut phaleratis verbis lucum faciat simplicioribus & illos decipiat.

63. Sacrificiū incruentum ex S. S. confirmare satagit: Quemadmodū eum multis hoc tempore baptizant, verum tamen est quod legimus Ioh. 1. c.

Hic

Hic est qui baptizat in S. S. Non n. translatus est officium baptizandi à Christo ad Sacerdotes, sed ipse est qui per ministerium Sacerdotum semper baptizat: sic etiam multi Sacerdotes hodie Christum inremendis mysteriis offerant, ipse tamen est primarius Sacerdos & verè Summus Pontif. qui per ministerium omnium Sacerdotum semetipsum offert.

64. Hic nulla comparatio est inter baptismum & sacrificij in crucis oblatione: Nec etiam illa comparatio procedit. Nam de Baptismo habent ministri mandatum *Mar. 16.* & per hoc ipsorum ministerium Dominus est efficax, ita ut ipse S. Sancto baptizet. Sed eiusmodi mandatum ministri non habent de Missa, quod ibi Christum offerre debeant, vel quod ipse Christus se per ipsorum manus offerre velit. Ali- ter epistola *Heb. 10. vers. 14.* docet: *Vnica oblatione consummavit in semper* totum eos qui sanctificantur.

65. Deniq; negat Iesuita. *Papam per merita suorum spiritualium sanctorumq; nos velle salvari.*

66. Sed quænam sit huius hominis constantia, omnes cordati facile vident, primum hoc negat, postea affirmat & partim ex Patribus, partim etiam ex S. S. corroborare conatur.

67. Quod. v. adducit Petri locum ex *Act. 15.* & Pauli ex *1. Tim. 2.* quibus demonstrare vult, suos docere & credere nos iustificari & salvari gratia Iesu Christi præstigiæ sunt. Quamvis. n. dicant Christum esse causam principalem propter quam iustificemur se per tamē nos ad auxilia Sanctorum remittunt, docentes nos eorum meritis & votis iuvare & salvari, & qui putant id adversari vni mediatori Iesu Christo, illos impiè sentire, inquit, *Con. Trid. Sess. 9. de Invoc. Sancto.*

68. A Papa & regnum Christo auferri probat Illyr. hac ratione: Quia scilicet interris vult esse caput Ecclesie.

69. Hoc verissimum esse in præcedentibus disputationibus, & in hisce nostris thesibus supra ad oculum demonstratum est, & hic non moramur Iesuitæ antiquam cantilenam de capite ministeriali & fundamentalij, quam nobis *ἀπὸ τοῦ ἡγουμένου* occinit, ut antea ostensum.

70. Progreditur Illyr. ad *12. c. Dan.* ubi Propheta Antichristum suis signis & notis describit.

71. I. est: Faciet quod volet. Atqui Papa facit quod cilibet. E. est Antichristus. Ass. probat ex *distinct. 40. Si Papa &c.*

72. Contra hoc argumentum nihil solidi potest afferre Bell. nisi quod eludens dicat Danielera ibi prædixisse Antichristum non tantum

tum facturum omnia pro lubitu, sed etiam supra omnem Deum
fese elaturum esse. Sed hoc nunquam facere P. quia agnoscat Chri-
stum iudicem & se superiorem. E.

73. Ad hoc argumentum supra th. 3. o. & sequentibus responsum est
quod brevitatis causa lectorem remittimus. Nam ibi testimonijs
& exemplis assumptione probavimus, quod scilicet Papa se Deum
appellare & divinos cultus sibi exhibere non renuerit.

74. Canonem quoque ex dist. 40. adductum inficiari non potest
addit tamen non esse alicuius Pontif. Romani, sed Bonifacij Episcopi
Moguntini. Quo nihil efficit. Nam etsi sit Bonifacij attamen suam
authoritatem ex decreto P. R. habet. Est igitur in hoc canone vox
quidem Jacobi sed autoritas & manus probans Esau, vox Bonifacij
sed manus & robur à Zacharia.

75. Hunc canonem vobis obiicimus, non quia vera docet, sed quo-
niam à Bonifacio isto R. P. mancipio scriptus, à Romano. a. P. Zacha-
ria primùm, tum ab alijs Pontif. eum secutis comprobatus est, ac
deniq; quia inde Pontifices suam tyrannidem exemptionemq; ab
omni humano iudicio confirmarunt, & adhuc hodie confirmant.

76. Dicit Daniel, quod se elevabit supra omnē Deum. Id fecit Papa
ut ex præcedentibus apparet inquit Illyr. E.

77. Assumptionis probatione lector inveniet th. 32. Hoc addimus
quod etiam se extulit supra ipsum caput mundi Roma: Impera-
tore. An nō. n. Bell. Alex. 3. cervicē Friderici. I. Imperatoris calcavit
acclamātib. assentatorib: *Super aspidem & basiliscum ambulabis & concul-
cabis leonem & draconem: cumq; Imp. responderet: Non tibi sed Petro, Anti-
christus satanico fastu regesit: Et mihi & Petro.*

78. Vides igitur Roberte, Pontificem Romanum fese extulisse su-
pra omnem Deum, non tantū Deum verum sed etiam magistratum
politicum, quem Deus suo nomine in s. literis dignatus est psal. 82.

79. Addit præterea Daniel: *Et adversus Deum Deorum loquetur magni-
fica*, hoc verò facit dum primū plus vult audiri quā Deum ipse. Se-
cundō dum scripturam fontem hæresium & schismatum, ambiguum
& obscuram nominat, & quod maius est, quod Carolus Ruinus nō
veretur scribere Papā posse contra Epistolas Paulinas statuere. An
hoc non est adversus Deum Deorum mirabilia loqui?

80. Quis verò hic summam impudentiam huius hominis non mi-
tetur, dum scribit Lutherum sensisse scripturam esse librum hæresi-
corum

eorum? in præf. histor. quæ contigit in Stasfort An. 36. eundemq;
scripsisse S. S. obscuram esse in plerisq; locis, præf. in psal. & in lib.
de Concilijs & Eccles. pag. 52.

81. Calumniatur hæc Iesuita, & sua mendacia huius viri scriptis
palliare studet: Si scripsit scripturam esse librum hæreticorum non
scripsit id simpliciter & ἀπλῶς quasi in se & per se talis sit, sed res-
xit in eo ad hæreticos, qui omnes folia ficulnea in ea quærun-
t, quibus contegant sua mendacia. Quemadmodum autem jus ideo non
malum & ambiguum est neq; inde bonum vel malum appellatur,
quia sapissimè duo litigantes coram iudice unam legem citant alter
perversè, alter rectè: sic etiam ideo scriptura per se non est liber hæ-
reticorum, quia & illi testimonia inde depromunt. Falsò enim &
perversè hoc faciunt. Confundit igitur Iesuita causam per accidens
cum causa per se.

82. Quod verò præterea ex præfatione Lutheri in Psalm: offen-
dere conatur ipsum cum Papa sensisse sacram scripturam esse ambi-
guam & obscuram in plerisq; locis, est mendacium crassum.

83. Quæ enim hæc est argumētatio, *Lutherus fatetur se Psalterium
in omnibus suo legitimo sensu intelligere non posse, sufficere autem sibi aliquos
vel ex parte intelligere. Item Lutherus fatetur se magno sudore veram & ger-
manam scripturæ sententiam quasivisse. Item, tot sunt scripturæ versiones tot
interpretationes tot sectæ diversissimæ. Ergo sacra scriptura est ambigua
& obscura.*

84. Esse sanè locos obscuros in sacra scriptura non negamus, cum
habeamus gravissimum testem Apostolum Petrum 2: Petri 3. & in
eo sensu hæc etiam scripsit Lutherus. Sed inde non sequitur quod in
omnibus sit obscura vel in plerisq;. A particulari ad universale nō
valet consequentia. Quæ enim ad fidem & bonos mores scitu ne-
cessaria sunt satis perspicuè tradit, & ex locis manifestis obscurio-
rum sententiam pervertigamus.

85. Quòd autem obscura est in quibusdam locis hoc non est ratio-
ne sui, sed ratione hominum animalium, sicut Paulus 1. Corinth. 2.
testatur, & id ipsum confirmat 2: Corinth. 4. vers. 3.

86. Rursum igitur confundit causam per se cum causa per acci-
dens, dum ex tot versionibus, tot interpretationibus, & tot diver-
sis sectis ambiguitatem scripturæ probare satagit.

87. Tertiò dicit Daniel quòd prosperè succedet Antichristo, donec finia

RUR.

tur ira Dei. Et hoc convenit Papæ, nam illi prosperè successerunt omnia ita ut sua tyrannide & impierate tum politias plurimas tum quoq; innumeras Ecclesias oppræsserit, sicut Bellarminus ipse fatetur tempore Leonis Magni non solum P. R. præsedisse imperio Romano, sed etiam alijs plurimis gentibus. Confirmat id verbis Leonis quæ extant sermone I. de natali Apostolorum, & Prosp. qui in libr. de ingratis ita canit:

Sede Roma Petri, quæ pastoralis honoris,

Facta caput mundi, qui quid non possidet armis,

Religione tenet.

88. Quibus testimonijs Iesuita ipse innuit maximam potentiam, P. R. & prosperum successum in regnis & Ecclesijs sibi subijciendis.

89. Quod verò scribit ab eo tempore, quo per vos Papa Antichristus esse cœpit, non modò non crevit, sed semper magis magisque decrevit imperium eius, circa hæc verba duo notanda sunt.

90. Nam primum in eo errat, dum nos (intelligens Lutherum & fidos ipsius prædecessores ac successores) primos Papæ Antichristi manifestatores notat: Nam ante VViclefsum, qui vixit 1351, & Hussum qui post ipsum, & Lutherum & alij fuerunt, qui Papam Romanum esse Antichristum agnoverunt & manifestarunt.

91. Aventinus in hist. Ingolstadtij excusa de Heldebrando Gregorio septimo sic scribit: *Pleriq; inquit, omnes boni, aperti, iusti, ingenui, simplices tum Imperij Antichristi cœpisse, quòd ea, quæ Christus salvator noster tot annos ante nobis cantavit, evenisse eo tempore cernebant, memoria literarum prodidère.* Hæc Aventinus: *Hæc Anno Christi 1070 circiter facta sunt ante VViclefsum 280 annis.*

92. Sic Platina invita Pæschalis. 2. scribit. *Regnante Pæschali. 2. quod accidit Anno Christi 1100 Episcopus Florentinus dixit, Antichristum esse natum.*

93. Deinde & hoc nobis notandum venit in Bellar: scribente à tē. *pore Lutheri vsq; ad hoc tempus amisse Pontificem magnam partem Germaniæ & aliarum regionum, verum hoc esse libentissimè largimur & nos inde firmiter concludimus, iram Dei desisse & nunc revelatum esse Antichristum, quem spiritus oris sui interfectorum D. Paulus 2 Tess. 2. vers. 2. prædixit.*

94. Id. v. Dominus præstitit per VViclefsum, Hussum, & alios, qui à Romana bestia sunt occisi, potissimum. v. per Dominum Lutherum & alios viros qui novissimis hæc temporibus ex verbo Dei Papam eiusq; falsam doctrinam mundo patefecerunt.

Quartò

119311

95. Quartò dicit Daniel eum (Antichristum) non curaturum Deum patrum suorum h.e. verum Deum, quem Apostoli & Patres primitivæ Ecclesiæ coluerunt, contemnet. Hoc a. P. R. facit. E.

96. Apostoli omnes & Patres docuerunt ex S. Scriptura hanc esse voluntatem Dei, ut solius & unici Redemptoris nostri Iesu Christi passione, morte & merito iustificemur & non meritis nostris. Papa v. & ipsius asseclæ hanc Dei voluntatem contemnunt, dum non solius Christi merito, sed partim suis operibus, partim Sanctorum operibus super erogationis, item operibus Monachorum & Monialium peregrinationibus, missis, elemosynis, ieiunijs, indulgentijs, virginitati Mariæ & Claræ, Francisci stigmatibus & innumeris alijs aperte iustificationem nostram ascribunt. Et ante Lutherum traditum fuit passionem Christi non esse totalem sed partialem causam redemptionis nostræ.

97. Quintò dicit Daniel, eum non curaturum amorem mulierum quod Paulus 1. Timo. 4. confirmat magis, explicat: Veniê spiritus qui interdicent nubere. Atq; hoc signum competere, R. P. manifestum est. Ergo.

98. Contra hoc argumentum nihil potest afferre Bell. nisi quòd dicat Hiero: ex hebraico fonte in contrariam planè sententiâ verba Danielis transulisse: Erit in concupiscentiis sceminarum.

99. Sed respondemus: Tum verbum, tum negatione præcedentis membri, vel certè proximè sequentis etiam ad præsens accommodandum esse, textus hebraus, doctissimis Hebræis inter Pontificios ipsos testantibus, evincit.

100. Deinde sciat Bell. siue negativam siue affirmativam sequatur sententiam, utramq; tamen optimè in Antichristum R. diverso tamen respectu, quadrare.

101. Est. n. Papatus in delicijs mulierum, vagis libidinibus se polluentibus sacrificulis, subinde suis mutatis concubinis, itemq; aliorum permolentibus uxores & filias: Non est in concupiscentiis mulierum honestis, ob nuptiarum legitimarum prohibitionem, ut non erubescant affirmare minus peccare Sacerdotem fornicantem, quam vxorem propriam ducentem. Breviter Papa multas habet & nullam habet.

102. Addit Bellarminus si nota Antichristi est calibatum indicere Sacerdotibus non solum Papa, sed omnes Veteres Patres & ipsi etiam Apostoli Antichristus vel eius satellites erunt.

Rectè

103. Rectè colligis. Proba. v. omnes veteres Patres, ipsos etiam Apostolos (sic. n. scribis) coniugium sacerdotibus interdixisse, nunquā poteris. De canone. 2. Concilij Carthaginensis suo loco videbimus.

104. Sexto dicit Daniel: Colet Deum Maorum in loco suo, & Deum quem ignoraverunt patres eius colet auro & argento & lapide precioso rebusq; preciosis &c. Sed quia de hoc loco præcedenti disputatione actum est, non eadem repetemus.

105. Ex. 2. Thess. 2. c. primam notam Antichristi Illyr. ponit, eum in templo Dei, sessurum sed etiam de eam actum.

106. Excipit hic Iesuita: Si Papa sedet in templo Dei ut hoc loco asseris Illyrice, ubi quæso tu es cum tuis? nonne extra Ecclesiam?

107. Resp. Papa sedet in Ecclesia tanquam lupus & tyrannus, non tanquam bonus pastor; Aliter sinceri & fideles Episcopi.

108. Secundò ait Illyr. Quòd Apostolus dicit. Mysterium iā operatur iniquitatis id opinor eò spectare quòd Episcopus Romanus paulo post cœpit caput efferre supra alios.

109. Excipit Ies. Si hæc sententia Illyr vera est, inquit, tum sequitur quod Petrus Antichristus fuerit: Paulus. n. non ait, mysterium iniquitatis paulò post operabitur, sed iam operatur, Sequitur ergo iuxta sententiā & opinionem Illyr. Petrum fuisse Antichristum.

110. Respondeo primùm adversarium committere petitionem principij. Nondum. n. demonstravit Petrum Romanæ sedis episcopum fuisse, solvit igitur dubium per æquè dubium.

111. Deinde licet concedamus Petrum tum temporis, cum Paulus hæc scripsit, Romanæ sedis Episcopum fuisse, non tamen hinc sequitur Antichristum, qui tempore Pauli furtim & latentur operari incepit, statim Romanam sedem occupasse & suum dominatum in ea ostentasse, ut post obitum Gregorij præcipuè factum est.

112. Nā tēpore Pauli adeo obscure in pseudo apostolis & hæreticis operatus est, ut non pro magno Antichristo agnitus fuerit, donec sese plenè in sede Romana collocaret, ac instar numinis visendum exhiberet.

113. Quare distinguat Ies. inter Antichristi ortum incrementum perfectionē & revelationem, & videbit nihil absurditatis continere sententiam Illyrici.

114. 3. Dicit Paulus eum venturum cum signis mendacibus. Atq; hoc fecit Papa. E. Pontifices. n. Romani. cum non possent ex verbo

C

Dei

110. 111.

Dei defendere ignem purgatorium, invocationem defunctorum, cultum statuarum, mislas reliquasq; superstitiones, ad miracula confugerunt spectrisq; Diabolicis hæc confirmarunt.

115. Hinc etiam miracula referunt inter notas Ecclesiæ suæ sicut videre licet ex l. 4. c. 14. Bell. de notis Ecclesiæ.

116. 4. Scribit Paulus: Eò quòd charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacijs. Hoc in Papatu manifestè accidit, inquit Illy. Omnia. n. firmitus credimus Papæ quàm Deo. E.

117. Ad hoc argumentum quòd respondeat, nihil aliud habet, nisi ut dicat hoc nobis Lutheranis competere. Hodie. n. inveniri homines, qui magis duobus aut 3. apostatis credant (sic. n. nos beati Romanenses) quàm Ecclesiæ universæ (intellige Pontificia) omnibus Concilijs & Patribus.

118. Sed sciat Iesuita nos sequi sermonem propheticum firmiorem & huic lucernæ lucenti in loco obscuro attendentes rectè facere, cū contra Pontificij crepent Traditiones, Concilia & Patres. Hic igitur iudicet qui volet, vtri illusionibus decipiant & decipiantur.

119. De quinto & ultimo signo cuius hic mentionē facit Illyr. actū est in diss. precedenti l. 3. c. 5. repetitione igitur opus non habet.

120. Ultimum locum deniq; Illyr. desumit ex 1. Tim. 4. c. v. 1. 2. 3. & 4. qui etiam aliquot insignia argumenta continet demonstrantia Papam esse Antichristum.

121. I. Est quòd Paulus scribit: In novissimis temporibus discedet quidam à fide. Atq; P. R. & ipsius asectæ, dum præter fidem historicam nullam aliam agnoscunt à vera fide desciscunt. E. inter illos spiritus sunt numerandi.

122. Ass. negat Rob. adducens in confirmationē locum Pauli Eph. 4. Paulus illo loco nobis commendat vnam fidem, subsistentem in notitia & professione externa Rom. 10. c. & Heb. 11. Nullibi. v. fidem deunivit Paulus fiduciam innitentem promissioni & verbo Dei. Illam amplectimur, hanc. v. reiicimus, E. nos non à vera fide deficiamus, sed sed veram defendimus.

123. Respondemus ad antecedens primū ludere Iesuitam in vocabulo Fidei, Paulus commendat nobis unicam fidem scilicet generon. v. specie, est. n. præter fidem historicam miraculosa & iustificas.

124. Secundò toto coelo errat, dum affirmat nullibi ab Apostolo defini-

definiri fidem fiducia, sed tantum assensu. Nam Rom. 4. v. 18. 19. & 20. inquit Apostolus: In repromissione etiam Dei non habuit dissidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, plenissime sciens, quia quacunq; promissum est, potens est & facere, ideo & reputatum est illi ad infinitum. Annon hic Abraham fiduciatur innixus est promissioni Evangelij?

125. Testimoniū Pauli Rom. 10. nihil nobis sed tibi potius officit, quia primum agit de professione & tum etiam de fiducia, quod sic probo, quia ibi Paulus expresse describens iustitiā fidei, obiectum eius constituit non historiam omnium eorum, quæ in script. à Deo credenda proponuntur, sed mortem & resurrectionem Christi: Si in corde, inquit, credideris quod Deus illum suscitavit à mortuis, salvus es. loquitur de fide iustificatæ, quæ est fiducia in Christo mortuo & resuscitato fiducialiter acquiescens.

126. Locus ad Heb. 11. c. loquitur de notitia fidei.

127. Pergit Hlyr. in loco Pauli ubi sic legitur: Attendent spiritibus erroris & doctrinis demoniorum. Atqui Papa & ipsius asectæ audiunt spiritus errorum & doctrinas demoniorum. E.

128. Ass. probat one non indiget, cum Bell. ipse scribat hoc in loco: Nos ad ea confirmanda, quæ ad statum animarum pertinent, interdum de canimarū apparitionibus asserimus &c. His. n. purgatoriū, his Missæ pro defunctis, his dogma dubitationis, Satisfactiones & nescio quæ adherent.

129. Præterea explicat Apostolus ipsemet, quænam sint illæ doctrinæ demoniorum: Prohibentium nubere & abstinere à cibis &c. Hæ doctrinæ cum sint Papæ, ut omnibus patet, concludimus ergo verba Apostoli apprimè ipsi convenire & ita Antichristi notam effugere non posse.

130. Augustini locus Bell. non iuvat. An nō Papa à matrimonio arceat ministros verbi omnes? An non Papa sub opinione necessitatis, cultus, & meriti certis temporibus à certis cibis iubet abstinere? Contrariam locum August.

131. Heshusium etiam aggreditur Iesuita, eumq; ut ipse ait ridiculè excipit, homo scilicet valde ridulus.

132. Tilemannus sic argumentatur: Quod in script. auctoritatem non habet eadem facilitate contemnitur, qua asseritur. Atqui doctrina Pontificiorum, qua docent Antichristum ex Babylonia de tribu Dan venturum, tribus tantum annis cum dimidio regnaturum & de-

niq; in monte Oliveti interfecturum iri non habet autho. in scriptura. E. eadem facilitate qua ab illis asseritur reijcienda est.

133. Mittamus hic ridentem Bellarminum & insultantem D. Chytraeo videamus.

134. Cythraeus visionem illam quæ in 9. c. Apoc. v. 1. & sequentibus cõtinetur P. R. ipsiusq; regno convenire putat.

135. Nam. I. per stellam denotari Episcopum ex 1. c. Ap. v. 20. liquet. 2. dicitur hæc stella cecidisse de coelo in terram. Quod interpretatur Cyth. de amissione celestis & puræ doctrinæ. Nam Episcopus vna cū cæteris Apostolis & omnibus alijs Episcopis, ministrisq; fidelibus accepit claves regni cælorum h. e. ministerium Evangelij & Sacramentorum, sed postquā abiecit claves, accepit à Principe abijsi h. e. Diabolo clauem putei abijsi infernalis.

136. Hoc fieri incepit circa An: Domini 600 sub Gregor. M. Ecclesiæ R. Episcopo, qui qualiscunq; in cæteris fuerit, certè incepit in hoc deferere claves regni cælorum h. e. veram doctrinam, quod auditur spectra, vnde Purgatorium, invocatio Sanctorum Missa pro defunctis & alij errores antea serpentes iam inundarunt & confirmati sunt.

137. Hunc secuti ut Bonif. 3. & alij magis magisq; à vera doctrina aberrarunt & subinde plures maioresq; errores in Ecclesiam inxerunt, donec Solem iustitiæ Christum amiserunt. Vnde rectè Abadon ἀπώλυν (filius perditionis 2. Thess. 2.) dicitur.

138. Hac ita vera esse eventus satis demonstravit & id etiam ex collatione veræ doctrinæ Christianæ & Antichristianæ h. e. Pontificiæ clarissimè demonstratur. In hac antithesi, Bell. censuram sicut & reliqua grandia mendacia, quib. cap. 23. confertum est. examinare nunc opus esse non iudico, quum de lingulis doctrinæ capitibus suis locus sit differendi.

139. Restant igitur adhuc duæ quæstiones, quarum prima est, an P. R. sit Episcopus, altera an Ioh. 8. fuerit scemina. Primam negamus hoc argumento moti. Episcopi officium est prædicare Evangelium administrare Sacramenta & ritè in disciplina continere populum. Sed hoc cum nullum facit P. R. E. non est Episcopus nisi nomine tenus tantum.

140. Maior vera est ex Matt. 28. c. v. 19. & 20, Mar. 16. c. v. 15. Ioh. 20. c. v. 21. Rom. 1. v. 1. Act. 20. v. 28. 2. Tim. 4. v. 2. Minore negare nō potest.

141. Ad maiorem a. primū sic excipit. Nomen Episcopi olim erat apud Ethnicos nomen magistratus, non igitur significat officium Ecclesiasticum. Sed

142. Sed non quaestio est inter nos quo sensu Ethnici hanc vocem usurparint, sed quo Paulus Apostolus & homines Ecclesiae. Paulus scribit 1. Tim. 3. v. 1. qui Episcopatum desiderat bonum opus desiderat, & in quo illud consistat idem Act. 20. v. 28. & 2. Tim. 4. v. 2. explicat.

143. 2. Confert Episcopatum cum auctoritate regia. Quemadmodum. n. hæc est præfectura in rebus politicis id est potestas regendi homines sibi subiectos, imperando & puniendo. Ita etiam Episcopatus & c. est potestas regendi homines in rebus spiritualibus & divinis, ac proinde imperandi & puniendi.

144. Committit Elenchum Similium dum Episcopos confert Regibus. Ipse. n. Christus Luc. 22. v. 25. & sequentibus, sicut & Petrus 1. Ep. 5. v. 3. Episcopos, Doctores & Ministros Ecclesiarum à Regibus & Principibus ita separavit, ut diceret Dominus ad suos Discipulos: Vos. a. non sic & c.

145. 3. Asserit Pontifices fungi munere Sacerdotali, non quidem in persona propria sed per alios; Sed ubi hoc scriptum est, quod aliis suas vices committere debeant? Paul. 7. Tim. 4. v. 11. Timotheo. scribit: Præcipe hæc & doce. Similiter Act. 20. v. 28. inquit Apostolus ad Ephesinæ Ecclesiae ministros. Attendite vobis & universo gregi & c. regere Ecclesiam Dei, quam acquisivi sanguine suo.

146. Convertit se quoque in Magdeburgenses eorumque centurias, qui docent Romanæ Ecclesiae ordinem & successionem à Ioh. 8. femina & Papa interruptam & eversam esse.

147. Sed Bell. fabulam esse dicit hoc argumento. Omnes qui istum Iohannem admittunt, dicunt eum sedisse post Leonem 4 & ante Bened. 3. Sed Anastasius & Ado Episcopus Viennensis qui tempore illo vixerunt, quo Ioh. 8. Pontificatum gessisse dicitur, nullius Iohannis mentionem faciunt qui inter Leonem 4 & Bened. 3. fuerit. E:

148. Resp. Minor infirma est, nam ab auctoritate humana argumentum ductum non valet negativè, ut ipse asseris lib. 2. de Pontif. R. c. 8. 2. Anastasius & Ado Viennensis Episcopus fuerunt Pontificij ideoque ingratiæ Pontificum omiserunt istum Ioh. 8. ut aperte fateatur Rhadulphus in Polychronio l. 5. c. 32. Ioh. 8. dedita opera à Papisticis scriptoribus silentio præteritum. esse ne qua ignominie labe sed aspergeretur.

149. Eodem recidit & argumentum illud quod ducit à Latinis & Græcis. Zonaras, Cedrenus, Ioh. Curopalates & alij nullam mentionem

nem faciunt huius tam prodigiosa historia inter res eius temporis gestas, sed primus est Martinus Polonus qui 400 annis fuit posterior fictio Ioh. 8. Ergo fabula est.

150. Resp. Quemadmodum non sequitur Lucas, Paulus & Seneca non scribunt Petrum fuisse Romæ, igitur non fuit Romæ, creditur plus. 3. vel. 4. testibus affirmatibus, quales sunt Martinus Polonus, Sigebertus, Mariarus Scotus & Platina, quàm mille nihil dicentibus.

151. Sed quid audio testes illos præsertim Sigebertum, Marianum Scotum & Martinum Polonum rejicere tentat? Sed quibus rationibus?

152. In monasterio Gemblacensi extat antiquissimum exemplum manuscriptum, quod P v T A T v r ipsius Sigeberti autographum, & in eo nulla fit mentio Ioh. scemina. E. exemplaria impressa, sunt corrupta & illis non est credendum ubi narratur hæc historia.

153. Speciosè profecto: Anne verò propter coiectionem & dubitationem rejici debent exemplaria typis ex manuscriptis expressa? Putatur hoc exemplum manuscriptum esse Sigeberti autographum. E. Quis vobis Iesuitis credat?

154. Martini Poloni narrationem suspectam reddere conatur, I. quia scribat istum Ioh. fuisse Anglicum ex Moguntia. At Moguntia non est in Anglia, sed in Germania. 2. Quia non conveniat de patria. Platina, n. scribit fuisse Anglicum sed oriundum ex Moguntia. Magdeburgenses è contrario dicunt fuisse Moguntinum, sed oriundum ex Anglia. Theodorus Bibliander in Chronico dicit neq; natū neq; oriundum ex Anglia, sed tamen educatum in Anglia.

155. Resp. Martinus non dicit Ioh. natione fuisse Anglicū sed nomine, Mogūtinum. a. natione, nec discrepat Platina. Deinde licet aliqua sit diversitas circa rem prodigiosam: Non tamen ideo tollitur opinionum historia ipsa.

156. Scribit Polonus Ioh. Athenis operam dedisse literis. hoc verū non esse scribit Bell. quia ex Synesij Epist. ult. constet, Athenis tum tantum nomen Academiae fuisse.

157. Resp. licet non floruerit tempore Synesij Atheniensium Acad. Habuerunt tamen Athenæ viros doctos, qui in Academia illa olim celeberrima & florentissima vixerunt. Scribit Synes. se non tanta Athenis invenisse, quanta inventurū putabat, & fuerunt in vicinis Græciæ urbibus collegia Doctorum.

Onu-

158. Onuphrij testimonio vult probare non credendum esse Mag-
deb. qui scribunt istum Ioh. 8. peperisse in itinere cum ex Vaticano
invisere vellet Ecclesiam Lateranensem.

159. Sed quia Onuphrium ipse Bell. l. 2. de R. P. c. 6. in additionibus
in Platinam, ubi & hæc historia reperitur, reiecit, nihil eo ipso teste
probare potest.

160. Quod de Leone. IX. addit, eo nihil demonstrat quicquam.

161. Inficiatur præterea ea quæ narrant historici de statua mulieris
sed si verum non est, cur Rhadulphus fatetur Romæ marmoreū la-
pidem esse, ubi infans ex Christi vicariæ natus est? Cur Romani ipsi
in libello de Roma. indulgentijs Romæ 1525, edito scribunt, & narrat,
angelum huic Papissæ vterum gestanti apparuisse ipsiq; optionem
eligendi pœnam aut temporariam aut æternam dedisse? illam. v. pu-
dorem temporarium elegisse?

162. Deniq; scribit viam illam ad Lateranum proficiscentes non o-
mittere in detestationem vilius sceleris, sed quia sit angusta & an-
fractuosa & incommoda comitatu Pontificio.

163. Sed si hoc ita est, qui sit, quod aliqui Pontifices non semel per
hanc viam interfecerint? sicut ipse confiteris scribi ab Onuphrio.

164. Reliqua in ipso disputationis actu plenius discutientur.

ERRATA

Thesi. 27. lege esset, & rursus in eadem pro ad lege à. 3. videre.
36. quarta. 50. fidelis. 67. auxilia. 69. Aris. 77. post verbum calcavit?
87. Sedes Roma, & in eadem, quicquid. 94. prestitit. 96. docuerunt.

FINIS.

118614